

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

10. Ex supernæ, &c. Concedit Cardinali Eboracenfi Administrationem
Episcopatus Tornacensis, tum in spiritualibus, tum in temporalibus: anno
1517.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

Quodque in pecuniis, occasione Indulgientiarum hujusmodi provenientibus, fraudem ullam facientes excommunicationis sententiae, & illi ipsi Commissario, vel delegandis aut subdelegandis ab eo, aut eorum Ordini, modo aliquo in premissis, vel eorum occasione detrahentes, aut alludentes, eosdem dictas Indulgientias & facultates emisse, vel super eis nobiscum, vel cum aliquo alio conveniente, & compoissuisse, cum ut filii obedientiae gravitatem operam, & labores iussi à nobis in favorem dictarum impendant, ipso facto subjaceant; à qua ab alio quam à nobis vel Commissario praedicto, & particulariter ad hoc ab ipso deputandis, & præviâ satisfactione, praterquam in mortis articulo constituti, absolví non possint; præsentibus post dictum annum & beneplacitum nostrum minime valituris.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostri Facti, Constitutionis, Deputationis, Applicationis, Suspensionis, declarationis, prohibitionis, inhibitionis, mandati, concessionis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice, Millefimo Quingentesimo decimo septimo, 18. Kal. Octobris, Pontificatus nostri, anno quinto.

Ja. Sadoletus.

Cyprianus.

, Quibus quidem litteris diligenter inspectis, pro parte Reverendissimi Patris & Domini, Domini Christophori de Forlivo, tituli S. Marie in arâ Cœli Presbyteri Cardinalis, ac totius Ordinis Minorum Regularis observantia Ministrorum Generalis, Indulgientiarum praeditarum in 25. Provinciis, (ut in dictis litteris continetur) Commissarii instanter requisiti, per Notarium nostrum infrascriptum, cum ipsis originalibus litteris concordari mandavimus, & fecimus, quibus omnibus & singulis nostrum interpositimus Decretum, & ad ampliorem, evidentiam premissorum, Sigillum nostrum in similibus consuetum - presentibus duximus apposendum. Altum Mediolani, in Domo Residentia nostra, die undecima mensis Januarii, 1518. Pontificatus praefati Sanctorissimi Domini nostri Pape anno quinto. Presentibus ibidem Venerabilibus viris Dominis, Freddo Maynardo, Canonicu Ceserensis & Presbytero, Joanne Quirico de Ferrariis, Canonico Collegiata Ecclesie S. Ambrosii de Vigevano, Novariensis Diaconis, testibus ad premissa vocatis, habitis atque rogatis. Transumpti author erat Baptista Bagarottius Episcopus Bobiensis, & Comes Scriptor, & Notarius Joannes Thomas de Cavallis, Mediolani & Imperialis Notarius.

X.
ExArchiv.
Angliae
Rimer.
Tom. 13.

Concedit Cardinali Eboracensi Administrationem Episcopatus Tornacensis, tum in spiritualibus, tum in temporalibus: anno 1517.

LEO EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, dilecto Filio Thome, Tituli Sancte Ceciliae Presbytero Cardinali, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ex superna providentia Majestatis Universi Gregis Dominicani, & singularum Ecclesiarum (praesertim Cathedrâ insignium) Curam gerentes, ad ea libenter intendimus, per quae nostrâ provisionis ministerio seditionum, & scandalorum, inter Fideles quoslibet imminentium, amoveatur occasio, & dictarum Ecclesiarum occuratur dispensatio, nec non Catholicorum Regum (in quorum temporali dominio Ecclesiae ipse constitunt) justis

querelis opportunis remedii valeat obviari. Dudem siquidem cum accepsemus, quod dilectus Filius Ludovicus electus Tornacensis, quem nos pridem Ecclesiae Tornacensi, tunc ex eo, quod Bonæ memorie Carolus Episcopus Tornacensis, tunc in humanis agens, Regimini, & administrationi illius Ecclesiae Tornacensis, cui tunc prærerat, in manibus nostris sponte, & liberè ceserat, nosque cessionem ipsam duxeramus admittendam, usque ad certum tunc expressum tempus. Administratore in Spiritualibus, & Temporalibus, de Fratrum nostrorum Consilio, deputaveramus, & de cuius deinde Persona eidem Ecclesiae provideramus, praeficiendo eum illi in Episcopum, & Pastorem, Curamque, & Administrationem illius sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, Ecclesiam praedictam Populo insiginem pro deferta, & derelicta habente, ne ipsa Ecclesia, Pastoris interim regimine destituta, in spiritualibus, & temporalibus gravia dispendia pataretur, te, tunc electum Lincolniensem Ecclesiae praedicta in spiritualibus, & temporalibus Administratorem, quoad viveres, per quasdam primò de Fratrum nostrorum Consilio Apostolicâ auctoritate constituius, & deputavimus: & mox quum ab aliquibus revocaretur in dubium, an posteriores Constitutio, & Deputatio hujusmodi per translationem tui de Ecclesia Lincolniensi ad Ecclesiam Eboracensem per nos factam cesarent, per alias nostras in forma Brevis confectas declaravimus, Constitutiones & Deputationes, per translationem praedictam, vel etiam Regiminis, & Administrationis praefatae Ecclesiae Eboracensis Possessionis, vel quasi affectionem non expirasse: Successivè vero per nos accepto, quod praefatus Ludovicus, Deputatus, & Provisionis de persona sua, ut præmittitur, factarum vigore Regiminis, & Administrationis, ac Bonorum dictæ Ecclesiae Tornacensis, seu majoris partis eorum possessionem vel quasi affectus fuerat, & ipsam possessionem pacifice continuaverat, donec Civitas Tornacensis, ad carissimi in Christo Filii nostri Henrici Anglorum Regis illustris manus devenerat, quo tempore, Bello inter eundem Henricum, & claræ memorie Ludovicum Francorum Reges vigente, dictus Ludovicus electus jure, quod sibi in dicta Ecclesia Tornacensi competebat, frustratur, & ex aliis causis tunc expressis, Constitutionem, & Deputacionem de Persona tua in ipsius Ecclesiae Tornacensis Administratorem per nos su factas, auctoritate Apostolicâ per nostras litteras revocavimus, & eidem Ludovicu electo, quod possessione Ecclesiae Tornacensis, & Bonorum illius pacifice frui, & gaudere deberet, indulsumus, monuimusque dilectos Filios, Capitulum Ecclesiae Tornacensis praedicta, Clerumque, & Populum dictæ Civitatis, & Tornacensi Diocesis, & eorum singulares, ac alias Personas, etiam Religiosas exemptas, & non exemptas, dictæ Ecclesie Tornacensis Vasallos, & Laboratores, Feudatarios, & Emphyteutas, ac fructuum, reddituum, & proventuum Mensæ Episcopalis Tornacensis Arrendatarios, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, & præminentia Ecclesiastica vel mundana forent, etiamque Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, seu quâvis alia Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgerent, in Virtute Sanctæ Obedientiae, & sub gravissimis censuris, & penitentia tunc expressis, distinetè eis præcepimus, ut dicto Ludovico Electo, tanquam corum Animarum Patri, & Pastrorum obedient, eique de dictæ Mensæ fructibus, redditibus, & proventibus integrè responderent, & alia facerent, certis desuper executoribus, qui ad censuram, & penitentiam hujusmodi incursum declarationem procederent, & alia eis per nos tum commissa exequerentur, desuper deputatis, prout in singulis litteris prædictis pleniè continetur.

Et deinde cum praefatus Henricus Rex, & tu,

à revo-

à revocatione, monitorio, & mandato prædictis, quamprimum illorum habuistis notitiam, ad nos & Sedem Apostolicam coram certis honestis Personis appellavistis; Nos appellationis hujusmodi, ac nullitatibus dictarum posteriorum litterarum, & illarum praetextu, vel etiam alias post, & contra appellationem hujusmodi gestorum caufas, ad vestri instantiam, Venerabili Fratri Franciso Episcopo Albanensi, & dilecto Filio nostris Achilli tituli Sancti Sixti Presbytero Cardinale, audiendas comisimus, & fine debito terminandas.

Nuper autem dictus Henricus Rex nobis per suas litteras, & ejus nomine Venerabilis Frater noster Sylvester Episcopus Wigorniensis, pro eodem Henrico Rege ad nos, & Sedem prædictam destinatus Orator, significarunt, dicti Henrici Regis pro suo, & ejusdem Civitatis tranquillo statu (cum Civitas ipsa in confinibus consisteret) maximopere interesse, ut præfato Ludovico Electo, qui fui erga ipsum Henricum Regem infesti animi conscius, Homagium Dominis temporalibus dictæ Civitatis per illius Ecclesiæ Antistites præstari solitus, præfato Henrico Regi nunquam præstitit, & quem idem Henricus Rex sibi, & rebus suis vehementer habet suspectum, Regimen, & Administratio dictæ Ecclesiæ Tornacensis (ne sub illorum Clypeo contra eum sinistri aliquid machinetur) interdicantur, illaque alteri Personæ idoneæ, dicto Henrico Regi non suspecta committantur, & nisi haec fiant, formidandum esse, ne brevi temporis spatio aliqua suscitetur in dicta Civitate sedatio, que perniciosos, & inevitabiles tunc producatur effectus.

Nos considerantes, præfato Ludovico electo non expedire in ea Civitate degere, cuius Domino temporali adeo est suspicetus, nec præfata Ecclesiæ Tornacensi utiliter consuli, si ejus regimen, & administratio per illius exerceantur Vicarios, qui ad Ecclesiam ipsam se conferre, ac Clerum ac Populum suæ Cura creditos personaliter visitare secure non possit, volentesque ad seditiones, & Populorum scandala evitandum, & ne Ecclesia ipsa aliqua interim in spiritualibus, & temporalibus detimento sustineat, opportunum adhibere remedium, ac sperantes, quod tu, qui alias Ecclesiæ Tornacensis regimen, & administrationem hujusmodi laudabiliter gessisti, scies, velis, & poteris, auctore Domino, illam rursus feliciter regere, & provide gubernare, motu proprio, non ad tui, vel dicti Henrici Regis, aut cuiuscumque alterius pro te nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra merâ, & maturâ deliberatione, certa scientia, & potestatis plenitudine, omnes, & singulos, contra quos Executores præfati, vel eorum aliquis, aut subdeputati ab eis, præmisitorum occasione censuras forsan fulminarunt, à censuris eisdem harum serie absolvimus, & si dictus Ludovicus Electus infra quadraginta dies, quorum decem ei pro primo, & decem pro secundo, & decem pro tertio, & peremptorio termino, ac Canonica monitione, nec non reliquos decem dies hujusmodi ad ipsius Ludovici Electi, si in hoc defecerit, contumaciam magis convincendam, ex superabundanti cautela assignamus, Præsentium, seu earum autentici transumpci, publici Notarii subscriptione, & alicuius Curiae Ecclesiasticae, vel Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, Sigilli impressione muniti, in dictæ Tornacensis, & Cameracensis Ecclesiarum valvis affixionem faciendam (quam vim validæ, & efficacis cautionis, perinde ac si ipse Ludovicus Electus, ad hoc personaliter vocatus & apprehensus foret, obtinere decernimus) coram dictis Franciso Episcopo, & Achille Presbytero Cardinalibus, se Homagium prædictum, & juramentum fidelitatis, secundum consuetudinem à Prædecessoribus suis inviolabilitate observatam, dicto Henrico Regi præstite, seque eidem Henrico Regi fidum, & omni contrâ eum, & ejus Statum infidelitatis suspicione carentem le-

gitimè non docuerit, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, quâvis appellatione omnino remota, auctoritate Apostolicâ te dictæ Ecclesiæ Tornacensis Administratorem in spiritualibus, & temporalibus usque in finem hujusmodi litis deputamus, te quoq; administrationem eandem, & nostras super illa confeccas litteras cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, in eum quo ante revocationem prædictam quomodolibet existebas, & existere poteras, statum restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus.

Decernentes ex nunc irritum & inane, quicquid fecis super his à quoquam quâvis etiam auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attempari.

Et nihilominus tibi Singulares Capituli, Cleri, & Populi prædictorum, & alias Personas etiam Religiosas, exemptas, & non exemptas, dictæ Ecclesiæ Tornacensi Feudatarios, Emphyteotas, Colonos, Vasallos, & alios supradictos, etiam si qualificari, ut præfertur, existant, ad tibi, dicta tua administratione durante, obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas exhibendum, & tibi de fructibus, redditibus, & proventibus, & aliis juribus dictæ Mensæ à se debitis respectivè, integrè respondendum, per censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias poenas, & alia quævis opportuna remedia, etiam dicta appellatione postposita, compescendi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Secularis, facultatem concedimus per præsentes.

Non obstantibus premissis, ac felicis recordationis Bonifaci Papæ VIII. Prædecessoris nostri, de Personis extra earam Civitates, vel Diœceses, nisi in Casibus ibi exceptis, & in illis ultra unam, & Concilii generalis ultra duas dies ad Judicium non vocandis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in aliis nostris, per quas te olim dictæ Ecclesiæ Tornacensis Administratorem constituimus, litteris volvimus non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, assignationis, decreti, restitutionis, repositionis, reintegrationis, & concessionis infringere &c.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo decimo septimo, quinto decimo, Kal. Maii Pontificatus nostri, anno quinto.

Jac. Sadoletus.

Pro Cardinali Eboracenſi, Bulla Decimarum Registrata apud me, Bembum: anno 1517.

LEO EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, dilecto Filio Thoma, tituli Sanctæ Ceciliae Presbytero, Cardinali Eboracenſi, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

XI.
Ex Arch.
Angl. Ri-
mer. Tom.
13.

Ad præclara virtutum munera, quibus illorum Largitor Altissimus personam tuam multipliciter decoravit, nostræ dirigentes considerationis intuitum, & attente prospicientes, quod tu Romanam Ecclesiam, cuius honorable membrum exsistis, tuorum honores pleniæ magnitudine meritorum, spem nobis pollicentur indubiam, quod ea, quæ Circumspectioni tua duxerimus committenda, ex doctrina, ac etiam longa rerum gerendarum experientia, quibus etiam te illustratum viximus, ad nostrum, & Sanctæ Sedis Apostolice statu atque honorem pertinentia, omni studio, & sollicitudine prudenter exequi.

Hac itaque fiduciâ moti considerantes, si Sedes Apostolica promotis ad Cathederalium Ecclesiæ regimina, pro necessariis expensis in sua hujusmodi promotione faciendis, facultatem concedere